

*In quandam, quae amatorio ROSAE titulo sibi impense blandiebatur.*

Vis te *Rosam* vocari?

Nunc te *Rosam* vocabo.

Peco-rosa,<sup>1</sup> sterco-rosa,<sup>2</sup>  
 Squar-rosa,<sup>3</sup> & ulce-rosa,<sup>4</sup>  
 Vi-rosa es,<sup>5</sup> & vi-rosa,<sup>6</sup>  
 Hume-rosa es, & lab-rosa,<sup>7</sup>  
 Monst-rosa es, & to-rosa,<sup>8</sup>  
 One-rosa es,<sup>9</sup> & nit-rosa,<sup>10</sup>  
 Saleb-rosa es,<sup>11</sup> & pet-rosa,<sup>12</sup>  
 Umb-rosa es, & stup-rosa,<sup>13</sup>  
 Scele-rosa es, & pro-brosa.<sup>14</sup>

Nun te *Rosam* vocavi.

Vis te *Rosam* vocari?

Fons carminis: Lusus ingenii et verborum in animi remissionem.

Verba ope lexicorum Forcellini et Vademecum ab Iohanne Odstrcilik explicata.

<sup>1</sup> *pecorosus, a, um*] pecore abundans

<sup>2</sup> *stercus, oris n.*] estcrementum, fimus

<sup>3</sup> *squarrosus*] scabrosus, rudis, tactu asper

<sup>4</sup> *ulcus, eris n.*] inveteratum vulnus quod per se nascitur in cute, scilicet ipsa putredo

<sup>5</sup> *virusus*] veneno abundans

<sup>6</sup> *virusus*] viri appetens

<sup>7</sup> *labrosus, a, um*] proprie est qui labra habet prominentia

<sup>8</sup> *torosus, a, um*] qui toros in corpore exstantes habet, musculosus, lacertosus

<sup>9</sup> *onerosus, a, um*] translate est molestus, gravis, sumptuosus, laboriosus.

<sup>10</sup> *nitrosus, a, um*] qui nitrum habet, vel nitri saporem; *nitrum* est succus quidam concretus, salis genus

<sup>11</sup> *salebra, ae f.*] locus asper, et transitu difficilis, scrupi, spinae, et hujusmodi, quibus via difficilis est: a salio, quia salire necesse est evadere volenti.

<sup>12</sup> *petrosus, a, um*] plenus lapidibus

<sup>13</sup> *stuprum, i n.*] turpis concubitus

<sup>14</sup> *probrosus, a, um*] probro, ignominia, dedecore plenus